

lo Dalmatico præficit. Principes Gotthi accepto detrimento Neapolis amiffæ: Cum Theodati: tum socordiam: tum leuitatem animaduertent ad tanti belli pondus administrandum: peiora autem in dies expectarent: alio sibi rege opus arbitrati: Vitigitem primariū belli ducem regem creauere. Missi a nouo rege qui Theodatum interficerent: Affecuti sunt fugientem apud Anxur urbem quæ nunc terracina dicitur eumq; interficiunt. Tenuit regnum Amalasuenta cum Athalarico filio annis octo. Theodatus anno tertio interfectus est. Hactenus pauca de ueneris rebus attigimus: p̄fessi libri quarti initio: nihil habere qd̄ iis de rebus ab Athila ad Narsetem scriberemus. Appropinquant ea tempora. Qualis etenim tunc esset Venetiarum status utemur Cassiodori epistolarū regiarum magistri testimonio: In qua multa de nouella gente licet uidere. De locorum situ. De gentis uictu: de exercitiis. De moribus. Viderat siquidem Cassiodorus eam gētem eorumq; delectatus est studiis. Eius exemplum operæ precium non præmittere existimauimus.

Tribunus Venetiarum Senatus præpositis: data pridē censione iussimus: ut Histria prouincia uini & olei species: quarū præsentī āno copia indulta p̄fruitur ad Rauennatem feceliceret dirigeret mansionem. Sed uos qui numerosa nauigia in eius confinio possidetis pari deuotione grata p̄uideat. ut qd̄ illa parata est tradere: uos studeatis sub celeritate portare. Similis erit quippe utriq; gratia p̄fectionis: Quando unum ex his dissociatū impleri non permittit effectum. Estote ergo p̄mptissimi ad uicina qui sæpe spacia trāsmittitis infinita. Per hospitia quodāmodo uestra discurretis: Qui per patriam nauigatis. Accedit etiā uestris cōmodis qd̄ uobis aliud iter aperitur perpetua tranquillitate trāq̄llum. Nā cum uentis seuietibus mare fuerit clausum uobis uia panditur per amoenissima fluuiorum. Carinæ uestre flatus asperos uentorum non pauescunt. Terram cum Summa fecelitate contingunt. Putantur eminus per prata ferri. Cū cōtingit alueum non uideri. Tractæ finibus ābulant: Quæ stare rudentibus cōsueuerant. Et cōditiōe mutata pedibus iuuant hoīes naues suas. Vectricem sine labore trahunt. Et p̄ pāno uelorum utuntur passu p̄superiore nautarum. Iuuat referre quēamodum habitatiōes uestras sitas esse perspeximus. Venetiæ prædicabiles quōdam plenæ nobilibus. Ab austro Rauēnā padumq; contingunt. Ab oriente iucunditate Ionii littoris perfruuntur. Vbi alternus æstus egrediens modo claudit: modo aperit faciem reciproca inundatione camporum. Hic uobis aquatiliū auium more domus est. Nanq; terrestris modo: modo cernitur Insularis: ut illic magis existimes esse cyclades Vbi subito locorum facies respicis immutatas. Earum quippe similitudine per aquora longe patentia domicilia uidentur sparsa. Quæ non natura protulit: sed hominum cura fundauit. Viminibus flexis illigatis. Terrena illic soliditas aggregatur: Et maritimo fluctui: tam fragilis munitio:

In libro XII.

Ep. a XXIV.